



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 98. Pauli V. Summi Pontificis Constitutiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. que ingenti clade afficiunt, tormentis,
A. C. 1607. curribusque eorum magnam partem
 captis, ceteris in turpem fugam actis.
 Hac victoria securus Rex Cracoviam
 se recepit, Roccosani vero animo de-
 jecti nil ultra moliri audebant, sed li-
 bertate antea in Regno permessa usum
 in suam quisque domum recesserunt.
 Dum vero intestino hoc bello ac sedi-
 tione Sigismundus Rex angebatur, Ca-
 rolus Sueciæ Rex ejus Patruus Calvinianæ
 sectæ addictus Weissensteinium muni-
 tissimum Livoniæ oppidum obsedit, ac
 paucos intra dies in suam redegit po-
 testatem.

§. XCVIII.

*Pauli V. summi Pontificis Consti-
tutiones.*

*Bull. magn. Pauli V. Apparatus erud. P. Bin-
ner Sæcul. XVII. part. II. cap. 27.* Hoc item anno Paulus V. Pontifex
 Maximus variis Constitutionibus
 Ecclesiæ disciplinam aut stabilire aut
 restaurare intentus erat: & primo qui-
 dem, cum Capitulum Salisburgense Fa-
 milias Austriacam & Bavaricam a voce
 passiva quodam decreto exclusisset, ne
 videlicet aliquis ex duabus hisce Fa-
 miliis in Archiepiscopum eligeretur,
 Pontifex hoc decretum suspendit: Præ-
 terea, cum Parochi in Indiis Orienta-
 libus ab iis, qui in Ecclesiis Ordinis Fra-
 trum

trum Eremitarum Sancti Augustini sepulturam elegerunt, majorem, quam si in Parochiali Templo fuissent sepulti, eleemosynam requirerent, ita ut fideles ejusmodi sepulturam desiderantes parrem ad minus Parochialibus quoque Ecclesiis eleemosynam ratione sepulturæ, relinquere, imo quod pejus erat, mediam partem eleemosynæ, quam pro Missis ad animæ suæ refrigerium reliquerant, Parochis cedere tenerentur, hinc Pontifex suorum Prædecessorum vestigiis insistens die decima sexta Februarii statuit, ut Parochi contenti forent eleemosyna a Tridentino præscripta & a Pio V. explicata. Eadem sollicitudine Apostolica idem Pontifex die sexto Aprilis pro Congregationis S. Justinæ Patavinæ Ord. S. Benedicti incremento quædam condidit statuta, quæ anno sequenti die vigesima prima Martii declarabat. Præterea Episcopis in Hispania contententibus, quod Religiosi intra claustra degentes tam in causis civilibus quam criminalibus in prima, ut vocant, instantia coram ipsis conveniri debeant, Pontifex audita desuper Patris Basilii Carmelitarum Procuratoris Generalis querela, die vigesima quarta Augusti singulis locorum Ordinariis inhibuit, ne Religiosos hac in re quovis modo perturbare præsumerent.

Sæc. XVII.
A. C. 1607.

Sess. 25.
c. 13. Const.
Pii V. 41.

R 4

Alia

Sæc. XVII. Alia porro Constitutione die vigesima
A. C. 1607. secunda Septembris Canonicis Regu-
 laribus Sancti Salvatoris omnem digni-
 tates extra Religionem ambiendi avidi-
 tatem præcidit. Cum autem Triden-
 tina Synodus præceperit, quod pueri
 singulis Dominicis festisque diebus
 dei rudimenta, aliasque Christianæ vi-
 tæ virtutes edocerentur, ac multi fidei
 Zelo animati hoc munus in se suscep-
 rint, hinc Pontifex, ut eos ad hæc piæ-
 tatis exercitia magis animaret, horum
 Congregationem die sexta Octobris in
 Archi-Confraternitatem erexit, con-
 cessis multis Indulgentiis ac Privilegiis
 pariter quoque die nona Novembris Cle-
 ricis Congregationis Somascæ omnes
 Ordinum Mendicantium gratias & pri-
 vilegia indulgit. Hoc item anno Pon-
 tifex Congregationem B. V. a Nobili
 Matrona de Estonnac Montferrantensis
 Marchionis Vidua pro puellis rite institu-
 tuendis fundatam confirmabat.

§. XCIX.

*Mors Venerabilis Cæsaris de Bus
 Fundatoris Congregationis de
 doctrina Christiana.*

*Quatt.
 Chron. Sæc.
 XVII.*

Inter Viros, qui pueris Christiana do-
 ctrina imbuendis sese singulari studio
 sacrabant, præcipuus erat Cæsar de Bus,
 qui